UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqva Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam, Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistol. XXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64144

Visual Library

ſertim cum dicat: Vitam S. Vedaſti, &c. emendare ſtudui. *In Surij editione talis eſt inſcriptio*: Dulciſſimo dilectionis filio Radoni Abbati, humilis Leuita Albinus ſalutem.

v. 14. Patris veſtri) *Colligo ex his verbis Radonem Abbatem fuiſſe monaſterij S. Vedaſti: quod anno 937. adhuc floruiße Frodoardus in Chronico teſtatur.*

IN EPISTOL. XXXIV.

fol. 78. v. 12. PEtro Archiepiſcopo) *Sed cuias hic Archiepiſcopus? Mediolanenſis. Quem Panuin. quinquageſimum: Borrom. quinquageſimum ſecundum, & Carolo Magno percharum fuiſſe ait. Extat huius Petri, qui & Oldradus dictus eſt, epiſtola elegantiſſima ad Carolum M. de tranſlatione S. Auguſtini Papiam anno 725. facta.*

21. Altitudines alpium) *Alpium meminit, quod eæ inter Galliã, vbi Albinus agebat, & Italiam ſitæ.*

IN EPISTOL. XXXV.

fol. 80. GErmano) *Cuias hic Aquila Antiſtes? Iuuauenſis. Ille idem quem epiſt. 20. ad Iuuauenſes, germanum ſuum appellat:* Pio patri, Aquilæ, Pontifici, germano meo, paſtori veſtro.

IN EPISTOL. XXXVI.

fol. 82. FIlio meo Alta *Petra*) *Reperio in diuiſione Ludouici & Caroli, Altam Petram, nomen loci, poſt S. Vrſum in Saledoro, & Grandiuallem.*

fol. 83. v. 4. Ad imalicium) *forte legendum*; ad iudicium.

IN EPISTOL. XXXVIII.

fol. 87. v. 15. POmpaticis carnem induis veſtimentis) *Eum, quem Alcuinus hic ob affectatum veſtium ſplendorem, reprehendit fuiſſe Clericum, patet ex his verbis:* Tu ſacri altaris miniſter; tu ſummi honoris ſocius. *Audiamus Sidonium nitorem cultus in Eccleſiaſtico*